

Johann Heinrich Seelen von


**De Ioanne Lvmine Ardente Et Splendente Ad Io. V. 35 Meditatio, Qvam Piis
Manibvs Viri ... Ioannis Ioachimi Weideneri, SS. Theol. Doctoris Et Professoris In
Acad. Rostoch. ... Celeberrimi, Gravissimi, Meritissimi, D. XVII Octob. A. MDCC
XXXII Beate Defvncti, Dolenter Consecrat**

Lvbecae: Typis Io. Nic. Greenii, [1732]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1807750620>

Druck Freier  Zugang







66 Stücke

Wk1b Gen

2/2 -4°


Inhaltsverzeichnis der Leichenprogramme
in alphabetischer Ordnung der gefeierten
Person mit Sterbejahr.

1. Arnd, Karl. 1721.
2. Bademüller, Johannes. 1723.
3. Baltzer, Jakob. 1706.
4. Becker, Heinrich. 1720.
5. Bergk, Catharina v., geb. v. Hecken. 1712.
6. Steinkopf, Margaretha, geb. Christian. 1719.
7. 8. Crohn [Krohn], Johann Adolph. 1750.
9. Darjes, Joachim. 1740.
10. Duve, Joh. Abraham. 1728.
11. Fabricius, Jakob. 1653.
12. Festing, Johannes. 1685.
13. Willebrand, Catharina Christine, geb. Fischer. 1742.
14. Eggerdes, Catharine Marg., geb. Gerdes. 1714.
15. Graumann, Christian Daniel. 1764.
16. Tielcke, Cath. Dorothea, geb. Giesen. 1719.
17. Glück, Friedrich Gottfried. 1707.
- 18-22. Grünenberg, Johann Peter. 1700.
23. Haberkorn, Joh. Balthasar. 1707.
24. 25. Hahn, Julius Ernst. 1751.
26. Henning, Anna Christina, verh. Redeker. 1718.
27. Hildebrand, Christian. 1712.
28. Knesebeck, Heinrich. 1719.
29. Lembke, Agneta, geb. Hinze. 1749.
30. Lesch, Daniel. 1707.
31. Lindemann, Eva, verh. Dugge. 1719.
32. Lindenbergh, Kaspar. 1713.
33. Lüders, Marcus. 1738.
34. Nonn, Heinrich. 1729.
35. Schmidt, Helene Catharina, geb. Petersen. 1756.
36. Radow, Georg. 1699.
37. Müller, Christian. 1740.
38. Niehenck, Georg Vitus Heinrich. 1795.
39. Palthen, Samuel von. 1750.
40. Rhades, Georg Michael. 1758.

41. Rhon, Christoph Gottlieb. 1724.
42. Schelhamer, Henrica Maria, verh. Burchard. 1720.
43. Sandow, David. 1752.
44. (Saß, f) Charlotte Wilhelmine, geb. Thymne. 1787.
45. Schlaff, Agneta, geb. Lembke. 1748.
46. Vorast, Margareta Sophia, geb. Schleeff. 1758.
47. Schmidt, Jonas. 1745.
48.49. Starck, Samuel Christfried. 1769.
50. Gens Schuckmannia. 1706.
51-55. Schwartzkopff, Kaspar. 1691.
56. Senst, Johannes. 1723.
57. Sibeth, Nikolaus. 1721.
58. - , Catharina Elisabeth, geb. Siebrandt. 1719.
59. Sibrand, Catharina, verh. Radow. 1720.
60. Stever, Christian Michael. 1722.
61. Tielke, Joh. Joachim. 1724.
62. Vandewil, Alexandre de. 1684.
63. Stockmann, Anna Margäreta, geb. Varenius. 1715.
64. Walther, Matthias Gustav. 1768.
65. Weidener, Johann Joachim. 1732.
66. Wolfrant, Dietrich. 1698.

Ko





65.

45

Q. D. B. V.

DE

IOANNE

LVMINE ARDENTE ET SPLENDETE

AD IO. V. 35

MEDITATIO,

QVAM

PIIS MANIBVS

VIRI SVMME REVERENDI, MAGNIFICI ATQVE
EXCELLENTISSIMI,

IOANNIS

IOACHIMI

WEIDENERI,

SS. THEOL. DOCTORIS ET PROFESSORIS IN ACAD. ROSTOCH.
PVBL. ORDIN., VENERAB. ORDINIS THEOLOGICI SENIORIS,
REVER. MINISTERII DIRECTORIS, PASTORIS MARIANI
AC SCHOLARCHAE

CELEBERRIMI, GRAVISSIMI, MERITISSIMI,

D. XVII OCTOB. A. MDCC XXXII BEATE DEFVNCTI,
DOLENTER CONSECRAT


IO. HENR. A SEELEN,

SS. TH. LIC. ET GYMN. LVBEC. RECT.

LVBECAE.

TYPIS IO. NIC. GREENII, MAGNIF. SEN. TYPOGR.





ui eo gavifus est honore, ut ipsum Salvatore[m] sacro
lavacro tingeret, **IOANNES**, ei in divino codice tam egre-
gia, tamque notabilia imposta videmus nomina, ut magis ho-
noriga esse nequeant. Praetereo hac vice omnia reliqua, et
solum istud breviter considero, quo **LUMEN ARDENS ET
SPLENDENS** appellatur. Sic enim de eodem pronuntiat ipsa
Veritas (1): *Ἐκείνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος καὶ Φαίτων.*
Quod elegium uti tres potissimum notatu dignas voces com-
plectitur, ita triplicis quoque Ioannei praeconii documentum est luculentissimum.
Ad laudem enim primo valet **IOANNI**, quod fuerit *λύχνος*, quam vocem **MART.
LVTHERVVS Licht**, **SEB. SCHMIDIVS Lumen**, **VVLGATVS Lucernam**, expressit.
Hoc autem nomine perhonorifice insignitur vnusquisque, qui prae reliquis eminet,
et praestantia sua ac dignitate alios superat, multisque parasangis post se relinquit.
Quo sensu *Lumina Imperii, Reipublicae, Civitatis* vocantur summi Principes ac Magi-
stratus, qui aliis cum imperio praesunt, & principatum inter eosdem obtinent. Sic
VELLEIVS PATERCVLVS de **POMPEIO** scribit (2): *Effossum alterum Romani
Imperii Lumen.* In primis vero *Lumen, Lux, Lucerna*, honoris causa appellatur
Minister sacer, cuius labor caste integreque versatur in praeferenda luce iis, qui viam
quaerunt, qua itur ad aeternam salutem. Salvator idcirco divinos legatos alloquitur
(3): *Ἑμεῖς ἐσμε τὸ φῶς τοῦ κόσμου. Vos estis LVX mundi.* In eandem sententiam
MACARIVS (4) *οἱ Ἀπόστολοι*, ait, *ὁφθαλμοὶ καὶ φῶς ὅλου τοῦ κόσμου ἐτίθησαν.*
Apostoli oculi & LVX totius mundi constituti sunt. Neque Apostolis solum, sed & vni-
cuique sacri ordinis viro splendidum eiusmodi nomen cernimus impositum. Testor
ISIDORVM PELVSIOTAM eleganter hac ratione differentem (5): *Ἄπτε
ΛΥΧΝΟΝ ὁ θεὸς Ἱερεῶν, καὶ τίθησιν ἐπὶ λυχνίας τῆς εὐαγγελίου φωτιφύρου καθέδρας,
ἵν' ἐξασπράπη φαισμοὶν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ δογματῶν καὶ προφητειῶν, σκοπῶν ἀπηλαγμέ-
νων, ὅπως ὁρῶντες οἱ λαοὶ πᾶς ἀκτῖνας τῆς ζωτικῆς λαμπρότης, πρὸς ἐκείνας εὐθύνωνται,
καὶ τὸν Πατέρα τῶν Φώτων δοξάζωσι.* i. e. *Accendit Lumen Deus Sacerdotem,*
atque imponit candelabro, suae lucem ferenti cathedrae, ut fulguris instar afferat Ecclesiae splen-
dorem & dogmatum & actionum a caligine liberarum, ut videntes populi radios vivifici ful-
goris, ad eos dirigantur, & Patrem luminum praedicent. Cum igitur radios melioris
doctrinae sacrae aevo barbaro spargeret laudatissimus veritatis testis, **WESSELVS
GRÖNINGENSIS**, is etiam *Lux Mundi* idcirco nuncupabatur (6). Taceo exempla
& testimonia alia; neque ea repeto, quae e Iudaeorum, aliorumque monumentis
FRID. ADOLPH. LAMPIVS (7) exhibuit. Quam certum vero est, quod **IOANNES**
fuerit doctrinae Christianae praeco incomparabilis, tam magna quoque ipsius merito
censetur laus, dum **ΛΥΧΝΟΣ**, *Lumen*, appellatur. Magno enim splendore coru-
scavit, & lumine, quod a vera Luce, quae illuminat omnem hominem, venientem
in mundum (8), i. e. **CHRISTO**, aequae ac Apostoli (quorum nimbi idcirco olim
picti sunt circulares, instar Semi-Lunae (9); qua re significare voluerunt veteres, quod
veluti Luna radios a Sole accipit, ita illi radios a Sole **CHRISTO** habeant) acce-
pit, multos homines illuminavit, & ignorantiae tenebras ex animis eorum expulit,
feliciterque dissipavit. Quare non est quidem equiparandus Salvatore, Lucis nomen
sensu eminentissimo gerenti; Lumen tamen recte dicitur. Praeclare **THEOPHYLA-**
CTVS *εάν σε*, scribit (10), *ἔροίτο τις, ἄρα ὁ Ἰωάννης φῶς ἐστὶ κατάνευσον. εἰ δὲ
ἔτῳς ἐρωτήσῃ. Ἄρα ὁ Ἰωάννης τὸ φῶς ἐστίν; εἰπέ, οὐ. Οὐ γὰρ ἐστὶν αὐτὸς τὸ φῶς
κυρίως, ἀλλὰ φῶς κατὰ μετοχὴν, ἔχον τὴν λάμψιν τοῦ ἀληθινῆ φώτος.* i. e.
Si

(1) Io. V. 35. (2) II. 52. (3) Matth. V. 14. (4) Homil. I. p. m. 8.

(5) Epp. L. I. ep. 32. p. 10. Conf. IO. CASP. SVICERI Theol. Eccl. T. II. col. 1484.

(6) Docet hoc ipsa Operum, Groning. 1614. 4. editorum, inscriptio, his concepta verbis: *M. WESSELI GANSPORTII GRÖNINGENSIS, rarae & reconditae doctrinae viri, qui olim Lux Mundi vulgo dictus fuit, Opera.* (7) Comm. in Ioan. T. II. pag. 98.

(8) Io. I. 9. (9) Vid. IO. NICOLAI Disquis. de Nimb. Antiq. c. 8. p. 123 sq.

(10) Comment. in Io. I. p. 562.

Si quis tibi dixerit: Estne Ioannes LVX? annue. Si autem interrogaverit: Numquid Ioannes LVX ILLA est? dic, non. Non enim ipse proprie lux est, sed lux per participationem, habens fulgorem a vera Luce. Rite isthaec sese habent. An vero inde sequatur, quod Lucernae tantum, non autem Luminis, aut Lucis nomen IOANNI sit imponendum, quaeritur? Dubitare videtur LAMPIVS, his verbis vsus (11): Comparative emblemata Lucernae hic intelligi potest. In relatione enim ad Solem iustitiae & Baptista & omnes alii doctores non nisi Lucernae sunt. Additur ratio e CYRILLO, quod nimirum proprium non fit in Lucerna lumen, sed extrinsecus adveniat & adsciscatur. Quas cogitationes in comparatione Luminis divini principis, quod ipse Θεάνθρωπος est, cum Luminibus humanis, sacris nempe praeconibus, apte adhiberi posse, non inficior. Neque tamen eae impediunt, quo minus IOANNES etiam vocetur Lumen, & Lutherana pariter ac Schmidiana interpretatio calculum mereatur. Primo enim Λύχνος non receptaculum modo luminis, sed ipsam quoque lucem denotat, quod & sacrorum & profanorum scriptorum dicendi ratio comprobatur. Deinde quemadmodum Hebraeis נר atque אור, Lucerna ac Lux, non raro sunt synonyma, sic Graecis idem vsu venit. Cui rei demonstrandae sufficere vnicuique, isque illustris locus Davidicus (12): נר-לרגלו וברך ואור לנהובתו, quem locum LXX Interpretes transfulerunt: ἄχνος τοῖς ποσὶ μου ὡς ὁ νόμος ἐξ, καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου. Quid? quod Agnus, i. e. CHRISTVS, licet propria gaudeat luce, non φῶς solum, sed Λύχνος etiam nominatur (13); et ab eodem, quod supra iam observatum, Apostoli φῶς nuncupantur. Ne dicam, quod etfi Luna splendorem suum a Sole nanciscatur, hoc tamen non obstante מנור, lumen, licet קטן, parvum, appelletur (14). Recte ergo IOANNES dictus Λύχνος vocatur Lumen, quamvis Lucernae etiam appellatio non fit incongrua. Hoc vero vti permagnam ipsi laudem conciliat, ita porro gloriam eius amplificat, quod non fuerit eiusmodi lumen, quale datur in ignibus fatuis, qui lucent quidem, non vero ardent, adeoque vi & efficacia destituuntur. Audit enim Λύχνος ὁ καιόμενος, Lumen ardens. Quo epitheto celebrandus maxime ipsius ardor & zelus pro divina veritate, pro gloria DEI, pro salute coetus sanctioris indicatur. Spiritu enim & virtute ELIAE instructus (15), iusto exarsit zelo adversus omne, quod falsum & in doctrinam vere Christianam iniurium, adversus omne, quod impium, profanum & a sanctitate non infucata remotum. Quare non negligenter, sed serio res suas egit, ea conspicuus severitate, quae laudabilis est, & ministrum sacrum vehementer exornat. Quam rite vero sancti muneris partes explebat, tam inculcata quoque ipsius vita deprehendebatur. Vocatur idcirco etiam Λύχνος φαίνων, Lumen splendens. Quamvis enim hoc epitheton de doctrina sincere & candide proposita queat etiam intelligi, simul tamen ad vitae integritatem haud incommode referetur. IOANNES sane erat ex numero eorum, quorum lux lucebat in conspectu hominum, ut praecleara ipsorum opera viderent. Is itaque ministri sacri praebet exemplum, quod minime vulgare est, sed magnum, sed incomparabile, sed omnibus numeris absolutum. De veritate huius rei nemo dubitabit, nisi qui Ioanneam historiam ne primis quidem labris degustavit.

Commemorabile vero hoc IOANNIS elogium ut breviter declaraverim, effecit defunctus haud ita pridem non sine acerbo & meo & multorum aliorum dolore IOANNES ROSTOCHIENSIS, meritissimus de Ecclesia sacris purioribus addicta WEF-DENERVS, quod Viri, qui me filii instar dilexit, nomen vti mihi non potest non esse venerabile, ita quoque ad arripiendum calamum facile me excitavit. Equidem pro ea, qua mirifice pollebat, modestia IOANNE, quo maior inter natos ex mulieribus non reperitur (16), se inferiorem sponte profitebatur; certo tamen modo Λύχνος καιόμενος καὶ φαίνων, Lumen ardens & splendens, poterit nuncupari. Erat enim non Academiae solum & Ecclesiae Rostochiensis, sed totius etiam Lutherani coetus Lumen, qui praecipuos inter nostri aevi Theologos, ac eos quidem, qui genuini sunt, & exemplo IOANNIS (17) inflammati, veritatem animo imperterrito confitentur, non negant, non impugnare, aut obscurare, sicque tenebras cum luce commiscere, & sanae doctrinae

(11) loc. cit.

(12) Pf. CXIX. 105.

(13) Apoc. XXI. 23.

(14) Gen. I. 16.

(15) Luc. I. 17.




(16) Matth. XI. 11.


(17) Io. I. 20.


doctrinae nocere conantur, locum haud postremum Ei assignabat. Erat Lumen ardens, siquidem pro eo, quo in sacra illibata & Theologiam a corruptelis immunem ferebatur, amore, veritatis, quam strenue asserebat, studio nunquam satis praedicando flagrabat, & laudabili ardebat zelo adversus omnes, qui impollutam religionem pravis & inquinatis dogmatibus polluere, religioni sibi nequiquam duxerunt. Vnde ardorem Ipsius experta sunt Romani Praesulis mancipia: experti sunt CALVINI affectae: experta est infauista FAVSTI SOCINI proles: experti sunt Fanatici: experti sunt audaces Critici: experti sunt simulatae & fictae pietatis amatores: experti sunt Novatores: experti sunt alii, qui in sanctam veritatem impetum facere ausu scelestissimo contenderunt. Testor veritatis lucernam olentia Scripta, quae variis veritatis hostibus opposuit, iisdemque Inculenter admodum demonstravit, quod aptus fuerit ac idoneus ad errorum tenebras clarissima divini verbi luce fugandas. Hunc sacrum ignem modo multo meliori, quam quo olim Romanorum Imperatoribus & Persarum Regibus sic dictum sacrum ignem praelatum fuisse, annales docent, praeferebat aliis, eiusdemque vi, quae maxima est, falsa dogmata felici successu consumebat. Erat porro etiam Lumen splendens ratione vitae, in qua splendebat pietas, quam habebat in deliciis: splendebat prudentia, quae actiones suas, & ipsum quoque adversus dissentientes ardorem, moderabatur: splendebat industria, qua indefessa permultos exantlavit labores, & non uni, sed pluribus, iisdemque arduis muneribus ita praefuit, ut gravia nequiquam reformidarit onera, sed alacri potius animo susceperit, & molestiarum cum iisdem coniunctarum nunquam pertaesus, tulerit: splendebat humanitas, quae plane singularis in eodem reperiabatur: splendebat modestia, qua non magnifice de se ac rebus suis sentire, aut sibi laudem tribuere solebat, alios potius laudabat, de praeclaris eorum conatibus praeclare iudicabat, gloriam inde reportatam minime iisdem invidebat, sed pro virili amplificare laborabat: splendebat candor, dum candide sacra, candide alia expediebat negotia, candide hominibus sibi proximis inserviebat, commodumque publicum privato praeferebat, hoc parum curans, dummodo illud posset promoveri: splendebat munificentia, qua non paucorum inopiam sublevare nitebatur: splendebant virtutes aliae, quas omnes recensere & collaudare, nimis foret prolixum. Atque hoc Lumen eheu! est extinctum. Hinc mecum merito lugent ac squalent Vidua, Filius, Familia, Coetus Lutheranus, Academia & Ecclesia Rostochiensis, quibus omnibus moerendi data est occasio. In doloris societatem venit quoque Lubecense nostrum Gymnasium, quod WEIDENERVM (18) optimis & gratissimis, quos olim fovit, civibus annumerat. Et iustus sane omnium dolor est, quem ut DEVS ipse, fons omnis veri solatii, leniat, ac grave, quod funestus hic casus infixit, vulnus sanet, in votis habeo! In primis autem moestissimam VIDVAM, Matronam praeclarissimam & lectissimarum virtutum fulgore splendentem, nec non tristissimum FILIVM, paterno nomine pariter ac splendore effulgentem, recreet, ut post haec nubila ipsis oriatur Phoebus, simulque afferat constanter duraturam felicitatem! Celeberrimae vero Academiae Varniacae reddat Theologum, ei, quem amisit, & iis, quos hodieque (faxit Numen diutissime!) veneratur, ac Lumina ardentia & splendentia conspicit, haud dissimilem, i. e. sincerum & cordatum, qui, aequae ac illi, salutem purioris Ecclesiae supremam sibi legem praefigat, & intemeratae doctrinae sacrae conservationem sibi habeat commendatissimam, quo laudata Academia antiquam retineat gloriam, qua inter Lutheranas Lumen ardens & splendens celebratur!

Tu vero, desideratissime WEIDENERE, fruire felicitate, qua nactus es praemium fidelibus doctoribus promissum, nuncque sicut splendor coeli splendes (19) in civitate DEI ipsa inter coelestia ornamenta! Disceptent alii de lucernis perpetuo ardentibus & splendentibus. Tibi non desunt lucernae perpetuae, multa scilicet magnaque merita, quae lucebunt semper, & Tibi post fata etiam honorificum Luminis ardentis & splendentis elogium vindicabunt. Plura addere vetat dolor ex obitu Tuo, cuius non sine animi motu recordor, conceptus, meque iubet tenui huic scripto, quod Tuam minime capit praestantiam, imponere finem.

(18) Is quod gratissimum se exhibuerit Lubecensibus & Evergetis & Praeceptoribus, totique Lubecae optime cupiverit, vel ea testari possunt, quae ex Epistola d. 1. Febr. 1719. ad me perscripta inserui Athen. Lubec. P. II. p. 394. sq. (19) Dan. XII. 3.







33
LBMV Schwerin
000.188 018





dixerit: Estne Ioannes LVX? annue. Si autem interrogaverit: Numquid Ioan-
 LA est? dic, non. Non enim ipse proprie lux est, sed lux per participationem,
 rem a vera Luce. Rite isthaec sese habent. An vero inde sequatur, quod
 atum, non autem Luminis, aut Lucis nomen IOANNI fit imponendum,
 Dubitare videtur LAMPIVS, his verbis vsus (11): Comparative emblemata Lu-
 telligi potest. In relatione enim ad Solem iustitiae & Baptista & omnes alii docto-
 Lucernae sunt. Additur ratio e CYRILLO, quod nimirum proprium
 ucerna lumen, sed extrinsecus adveniat & adsciscatur. Quas cogitatio-
 paratione Luminis divini principis, quod ipse Θεῖνθρωπος est, cum Lumi-
 nis, sacris nempe praeconibus, apte adhiberi posse, non inficior. Neque
 npediunt, quo minus IOANNES etiam vocetur Lumen, & Lutherana pa-
 midiana interpretatio calculum mereatur. Primo enim Λύχνος non rece-
 modo luminis, sed ipsam quoque lucem denotat, quod & sacrorum & pro-
 ptorum dicendi ratio comprobatur. Deinde quemadmodum Hebraeis נר
 Lucerna ac Lux, non raro sunt synonyma, sic Graecis idem vsu venit.
 monstrandae sufficere vnicus, isque illustris locus Davidicus (12):
 נר-לרגלו דברך וי, quem locum LXX Interpretes transfulerunt:
 οὗτος πῶς ὁ νόμος σὺν, καὶ φῶς τῆς τριβῆς μου. Quid? quod Agnus,
 TVS, licet propria gaudeat luce, non φῶς solum, sed Λύχνος etiam no-
): et ab eodem, quod supra iam observatum, Apostoli φῶς nuncupantur.
 na splendorem suum a Sole nanciscatur, hoc tamen non ob-
 קטן, parvum, appelletur (14). Recte ergo IOANNES
 ammen, quamvis Lucernae etiam appellatio non fit incongrua.
 n ipsi laudem conciliat, ita porro gloriam eius amplificat,
 i lumen, quale datur in ignibus fatuis, qui lucent quidem,
 vi & efficacia destituuntur. Audit enim Λύχνος ὁ καιόμενος,
 neto celebrandus maxime ipsius ardor & zelus pro divina ve-
 ro salute coetus sanctioris indicatur. Spiritu enim & virtute
 usto exarsit zelo adversus omne, quod falsum & in doctri-
 iurium, adversus omne, quod impium, profanum & a san-
 tum. Quare non negligenter, sed serio res suas egit, ea con-
 laudabilis est, & ministrum sacrum vehementer exornat.
 muneris partes explebat, tam inculcata quoque ipsius
 Vocatur idcirco etiam Λύχνος φαίνων, Lumen splendens.
 eton de doctrina sincere & candide proposita queat etiam
 vitae integritatem haud incommode referetur. IOANNES
 m, quorum lux lucebat in conspectu hominum, ut prae-
 ent. Is itaque ministri sacri praebet exemplum, quod minime
 , sed incomparabile, sed omnibus numeris absolutum. De
 ubitabit, nisi qui Ioanneam historiam ne primis quidem

ro hoc IOANNIS elogium ut breviter declaraverim, effecit
 n non sine acerbo & meo & multorum aliorum dolore IO-
 SIS, meritissimus de Ecclesia sacris purioribus addicta WEL-
 qui me filii instar dilexit, nomen vti mihi non potest non esse
 arripiendum calamum facile me excitavit. Equidem pro
 modeestia IOANNE, quo maior inter natos ex mulieribus non
 em sponte profitebatur; certo tamen modo Λύχνος καιόμε-
 dens & splendens, poterit nuncupari. Erat enim non Aca-
 Rostochiensis, sed totius etiam Lutherani coetus Lumen;
 aevi Theologos, ac eos quidem, qui genuini sunt, &
 nflammati, veritatem animo imperterrito confitentur, non ne-
 obscurare, sicque tenebras cum luce commiscere, & sanae
 doctri-

XIX. 105.
 Luc. I. 17.
 17) Io. I. 29.

(13) Apoc. XXI. 23.

